

Odesworthio

Quantoperè de Musis meritis es, humanissime Odesworthio
 To Βασικον δῶρον procurasti testatum ipsa fecerunt, cum
 illi εὐχαισικὰ ^{hæc} poemata tantâ styli promptitudine sug-
 gesserunt. Interest enim illius ut scias, triduo postquam
 honorarium a me recepisset, non pauciores verbus illis
 trissimo Carletonio remisisse. hosce autem supra Decembrium
 apud me detentos, fortasse nec intra tertiam hebdomadem
 ad te proferendos. Cæteras autorem pro se loqui satius exis-
 timo, quam ut verbis imparibus beneficii tui molem
 extennem. Scito, ad me quod attinet, quam libentissime
 passurum, majorem in me debiti partem transcribi. eoque
 solo nomine, si alio non sim, qui dum quam pluribus amico-
 rum tibi omnium devinctissimum haberi velle. Vale
 Vir ornatissime et me ama. In tentorio meo ad Grollam
 oppidum in comitatu Zutphania Provincia Gelria, cujus obsi-
 dionem aut molimus, aut jam inchoavimus. 8. Kalendarum
 Sextil. 1627.

C. Hugenius.

Quos mihi de amicorum tuorum
 numero in familiâ Carletonii com-
 mendasti ^{per} occupationes meâs et ma-
 turiorum Principis Decessum de
 facie novisses non contigit. Hi
 in castris aliquem si respexero,
 faxo nihil ad me officii aut huma-
 nitatis frustra speraverint.

Barlaeo
S. P.

Quos ad me Musarum Tuarum mollitissimos cantus, Barlaeo
 Doctissime, inter hæc Belli Tonitrua perferendos curasti quâ
 potui primâ occasione in Britanniam ablegari. Aditâ eo-
 rum quoque mentione, quos ad Carletonium tantâ styli
 promptitudine perlusisti; quæ res ut mihi summa admira-
 tionis fuit, ita eos præcipue latere non debuit, qui vel
 inde percepturi sunt, quantoperè sibi tecum omnem unâ
 Parnassum obtinuerint. De Typographo quod excusas, nihil
 tanti est ut respondere prætinuum opera videatur. Amante
 Barlaeo, et hæc nauci missa faciamus. Porro si rem gratissi-
 mam amico præstare vis, rogo ut Clarissimo Vossio me
 commendes. Credo me illi ne quidem nomine tenus inno-
 tuisse, at vix ipse mihi de facie. Tu, si placet amicitiam
 istam connecte, ut cum adveniendi facultas oblata fuerit
 inveniam

inueniam erga me bene preparatum pectus. Statui ego illustri-
um apud nos virorum familiaritatem eadem sollicitudine am-
bire, quā olim siderum supernas vocabula prosecutus sum,
studio quanto sublimiori, tanto minus utili aut necessario.
quem ille nuxer de Historicis Latini Librum edidit, si uaneunt
ad humanitate tuā expectabo ut exemplar unum apud
Eberviro meo nomine compingendum cures, perferendum
vero ad fratrem meum qui Haga est. Num in solius Castetoni
manibus videre mihi contigit, nec dum publicè legebantur.
Frater facilius tunc remittet. Inter animi mei vitia, de
praecipuis est, rerum nouarum auditas, diu est cum frustra
oblector, adeoque adeo usque recurrit, simul atque de
partu alio prodigioso rumor est, inter quos tantorum
virorum factis haberi, ipsi, ut opinor, perperam succen-
seant. Poematum tuorum volumen, quod sub praelo esse
nunciatus, eisdem aliquando adscripturi sumus. Vale
In Castris ad Grollam. Poed: Cal: Sextil: 1627.

C. Hugenius.

In effigiem quandam meam Amstelodami
sponte mea depictam, sic hodie coram dilectulo
subito lusi. Tu si, quantum testamento
militari, in iure debet non ignoras, aliquid
Poematis Castrensi, iure tuo deberi non
negabis.

Heinsio.

(82)
Quas ad me cum Aristarcho tuo postremas literas dedisti
sub ipsum penè Principis discessum accepi. Tu vero quantum
occupationum tumber ingruere circa illos dies debeat, igno-
rare non potes, qui seis omnia Heinsi doctissime et
jam per te, uti confido silentium istud excusasti.
Restat ut pro munere gratias agam gratias. Scito me
autem sic illas agere, ut qui bene domi prorsus ad
amicos rursus ueniam et bellaria admonetur. Caues
enim existimes, postquam de Illustrium virorum nouo
aliquo partu nuntiatum est, expectare me, ut et ego
si dijs placet, tantis animis oblecter, et per otium
amici inquirant, ubi terrarum Hugenum inuenturi
sint. Video me Aristarclum tuum bis perlegere potuisse,
qui se nunc semel tantum feci, priusquam ullis ad te
mysteriarum meorum rumor perueniret, quid uero mi-
rum, si quod res est, nihil illo expectatus mihi, nihil
hisce tibi magis inopinum accedere potuit. Quando tamen
priori